

Photo 61

Photo 61
10/10/10
10/10/10
10/10/10
10/10/10

Photo 61
10/10/10
10/10/10
10/10/10
10/10/10

~~Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala A
Cajón 31
Tabla
Número 110~~

~~4
H-25~~

laja 2-65



Comienzan los numeros desde .1. asta 25, y luego vueluen
à començar desde el numero .1.º y como estan se an de
coger.

Optimum of ...
a ...
copy

Del Sr. Pedro de Montenegro

Del Colegio de la Compañía

Memoriales, 1
Hr de Granada. B.B.C.

Tratados y varios Papeles, y Decretos

Pontificios

en favor del Misterio de la purissima Concepcion
de Nuestra S.^a

L.

Nuevas Cartas de Reyes, Reynas, Princesas
assi Ecclesiasticas, como seculares

escritas a los Summos Pontifices en diferentes
ocasiones

pidiendo la definicion del misterio de la
Concepcion de Nra Señora

Tomo Primero.



Indice de los Papeles esta en la op. siguiente.

Notiene papel alguno prohibido
por el ex purgatorio de Ind.^a
o decretos q^e tenemos de lo q^e
an salido hasta el año
de 1524.

Labado

sea el S.^a Sacram. y la immaculada
Concepcion de la Virgen Maria nra S.^a
concebida sin pecado Original.

[Faint, mostly illegible handwriting at the top of the page, possibly including a date or header.]

[A block of handwritten text, likely the main body of a letter or document, containing several lines of cursive script.]



[A large section of handwritten text at the bottom of the page, including a signature and possibly a closing or footer. The handwriting is very cursive and difficult to decipher.]

2

Índice
de los Papeles de este Tomo.



Mr. [unclear] [unclear]
[unclear] [unclear] [unclear]



Rex Hispaniarum Catholicus, deuotiſſimus huius Sanctae Sedis filius, ad tollenda continua scan-
dala et exinguendas perpetuas suorum regnorum lites, atq; ad confirmandam suorum subdito-
rum erga B. Virginem deuotionem, quo potuit affectu et humilitate, vestram Sanctitatem suorum
praedecessores Fel. aedod. Paulum V. et Gregorium XV. missis varijs oratoribus, et repetitis
litteris instantissime rogauit, ut tandem post tot secula, post scandalosas dissensiones, et post
molestas Ecclesiasticorum disceptationes, controuersiam circa Immaculatam Virginis Concep-
tionem uellent definire. Quod dum illi differendum iudicauit, statutas à Sixto IV. Alex-
andro Sexto, et Pio V. penas renouarunt, nouas uires addentes pia sententia, iubentes, ut
illa sola in publicis doceretur et proponeretur actibus, deinde ablegarunt etiam à pri-
uatis et secretis colloquijs eam opinionem quae affirmat Virginem in peccato conceptam.
Dum uero nihil horum suffeisse longo et damnoso comperiat experimento, nunc denuo suscit-
at oratores, et litteras, ut uelimum et unicum definitionis adhibeatur remedium. Neq; aliud reli-
quum esse experientia monstrauit, atq; ante aliquot secula grauissimus et doctissimus Praesul
Abulensis docuit, dum ita scripsit. Fuit Beatissima Virgo à peccati Originalis macula im-
munis, circa quod fonsentus fratrum Minorum et Praedicatorum, antiqua habent litigia,
et pene cum ipsis suis ordinibus antiquata, quod fiet procul dubio immortale, nisi inter-
ueniat decretum aut sententia Superioris, qui habens potestatem super hoc suam in-
terponat auctoritatem. Tandem etiam tanquam unicum malorum remedium petierunt
multi à Sancta Sede Apostolica, sed et praecipue ex ipsis Patribus Dominicani uiri Pri-
mates Cardinalis Summenatus, omni qua potuit deuotione et flexis genibus (ut ipse
ait) Concilium Basiliense. dum in sua mansit obedientia, sub uero Pontificis exorauit,
ut finem dare uellet huius questionis, et sane, inquit, ex huius questionis determi-
natione, magna salus, pax, et tranquillitas, et integritas religionis expectatur in popu-
lo Christiano. Cuius uerbis et libro, multis superadditis, uis sunt postea ad Concilium
Tridentinum Bartholomeus de Spina et Albertus Duminus, utriq; Praedicatorij ordinis,
ille Sacri palatii idem in sapientia Magister. Secundus idem sed instantius ab eodem
Concilio Tridentino petijt Ambrosius Catharinus, ord. Praedic. Archiepiscopus tunc Comp-
sen. Illud, inquit, loquens de definitione huius controuersiae, ego uehementer exopto,
quod et omnes uiri pijs et uere Catholici de hac re et ceteris summo desiderio à uestra
pietate desiderant, nempe, ut ea uestris sententijs decernatis, quae ad unitatem et pacem
et decorem uniuersae Ecclesiae faciant. Quam definitionem huius questionis de
Conceptione Virginis, superius dixerat, esse rem sanctam et Christianam fraternitati
conuenientem, quae in quibus eundem in dogmatibus sensum, eandemq; in cultu Dei
obseruantiam poscit, quod itesum in fine tractatus inculcat. His non inferior do-
ctissimus Cardinalis Caetanus, postquam in opusculo de Conceptione ad Leonem X. do-
cuerat res fidei defini posse à Pontificibus adhibito Concilio uel sine illo, et hanc
differentiam solum ad maiorem solemnitatem uel congruitatem spectare iudicij Apstici,
et his quae sunt fidei et non ad necessitatem, orat Pontificem, ut tanquam arbiter
medius inter utriusq; sententiae fautores, in Sancta Sacerdotum Synodo, in hac religio-

Rex Catholicus à multo
annis petie diffini hanc
controuersiam.

M.º 14



Abulen^a in paradoxa
c. 21.

Idem etiam petierunt Patres
Dominicani.

6.
Iuresem. lib. de uerit.
Concept. in fine.

c.
Catharin. in ep. ad Petrus
Conc. Ibid.

d.
Caetan. in opusc. de Concep.
in fine.

Varior. script.

Granado lib. de Concept. diff. 3. q. 29.

Christiana veritatem firmiter amplectendam tradere dignaretur. A sacra vero etate ita simultates creuerunt, ita scandala mundarum, ita etiam creuit populi uniuersi erga immaculatam Conceptionem deuotio, et calor, et euisit eiusdem Conceptionis cultus, ut non immerito a po-
vix doctis reuenter adliderit, quod singularis deuotio, plausus populi xpiani, celebris Concep-
tionis, iam quidem instituta videntur, et suo quasi iure, definitionem postulare, et certe in quibus-
vix aliud est dogma definitum ab Ecclesia, quod ante definitionem tanta acclamatione re-
ceptum fuerit: quod certe multum mouere debet Summus et Prælatus, ut hanc definitio-
nem à Summo Pontifice enixe petant.

Ita petit nunc à Vestra Sanctitate idem Rex catholicus, in tumultuosissimo et periculoso
hoc rerum statu, per quod imminente Ecclesia necessitati et graui periculo succurratur, præ-
tando hoc obsequium Beatissime Virgini, per quod more suorum prædecessorum cupiat eam
dem Sacratissimam Virginem inclinare et deuotissime ad succurrendam Ecclesiam in tot præburi-
condituta, cuius rei multa et graua exempla porrecta sunt vestre Sanctitati in ultimo
Supplicii libello, qui iterum simul cum hoc Memoriali vestre Beatitudini offertur. In-
quin tamen dum hoc non præstat, Rex catholicus id petit malis anglicani remedi, et ppi-
Virginis cultoribus præberi solati, ut affirmatiua sententiã decretoribus omnino tollatur
libertas de ea vel inter se vel inter alios loquendi, et totale ac perpetuum imponatur
silentium, nec non ut eodem cultu et stabilitate eadem, ubiq; celebrandum statuatur fes-
tum eiusdem Immaculate Conceptionis, et palam atq; aperte declaretur eiusdem festi sensus,
nimirum, nihil aliud intendere sanctam Ecclesiam, quam celebrare Beatissime Virgini
preservationem à peccato Originali, ita quod nullo unquam instanti fœdata fuerit, aut
maculata. Quod quod ita declaretur aut ita coli præcipiatur, nihil magnum, nihil nouum
fit aut inauditum, quippe adeo ex se hoc clarum est et manifestum, ut nisi essent qui
propter tuendum nimis tenaciter suam, contrariam opinionem hoc vellent vocare in dubium,
atq; ita familiaribus atq; sectatoribus inculcare, nulla prorsus esset de hac re dubitatio.
Præmissa enim festi institutio, Pontificum diplomata in ipso iure canonico expressa, et
sensus communis hominum ita manifeste hoc expriment, ut circa hanc declarationem
ferendam, nullus rationabilis scrupulus relinquatur. Quod vero sub hoc sensu festum
hoc inegerit vel renouatum sit à Sancto Anselmo Cantuariensi, ad quem præter Illus-
tissimum Cardinalem Baroniũ, communiter alij historici referunt Originem institutio-
tionis seu renouationis in Europa, ex ipsa eius Epistola seu homelia qua in breui-
arijs antiquis in hoc festo legebatur, planè constat. Præmissa namq; duarum distincti-
one Conceptionum, naturalis in Coniugali congressu, et spirituali in anima creatione
et infusione, ad hanc quam tantopere in Epistola extollit celebrandam, inuitat his verbis
Si non placeat illi celebrare solemnia Conceptionis carnalis Dominice matris, placeat eis
colere animam eius Spiritualem creationem, et corpori et anima copulationem, Quam
est dies illa qua nostra reparatrici animam digna creatur, et sacratatur, et Sanctissima Cor-
pori unitur. Quibus verbis licet in voce aut nomine Spirituali Conceptioni conueniat
cum aduersarijs, et tamen ac voci ipsius interpretatione ac explanatione à se præ-
missa, et hanc seu quam nos naturalem veram et humanam vocamus Conceptionem

dum hoc differtur peti-
tur explicari festi unitatis
sensum.

alijs ex se manifestum.

f.
Baron. in notis ad 8. decemb.
Sub sensu preservationis
cepit hoc festum.

g.
Anselm. homel. de Con-
cept.

ta venerandam ac colendam proponit. Ita enim quam Spirituales, vocat, explicat, ac declarat;
 sa spiritualis inquit, Conceptio est, qua spiritualis anima noua et pura Domine operante
 veri corpori diuinitus datur et coadunatur, quasi actionem ipsam a termino denominet et
 meq; Spiritualem vocet Conceptionem, quia Spiritus tunc creatur et inuitur Substantia. Unde
 inquit expresse et clare festi intentionem, celebrantium sensum, ac Conceptionis mysterium
 re m declarauit. Quod nihil aliud est, quam anima Sancta, digne gratia ornata in Corpore
 itio infusio, et non iam infusa, vel antea cum corpore conulata in posteriori instanti Sanc-
 tificatio. In eodem sensu ad ceteras Europae Ecclesias transmissa est haec festiuitas, et ad
 culos annos quadringentos supra millesimum omnibus facta est communis, ut constat ex
 p. r. edimonia historiali decreti Basiliensis, facti ad annum Domini 1433. licet aequali
 ean. et illegitimi. In quo refertur, Conceptionem non qualemcumq; in peccato factam, sed in
 buriu sensu preservationis ab Originali, et sanctam, tam per Romanam quam per alias Ec-
 cl. ias 6. idus Decembris antiqua et laudabili consuetudine solitum fuisse celebrari.
 In te. Quare consequenter et conformiter ad hanc quam retulit Romana et aliarum Eccl.
 p. r. iarum consuetudinem, iam antea dictum erat in illo decreto. Doctrinam illam disse-
 clatur rentem Virginem a peccato immunem, et preservatam fuisse, non solum consonam fidei
 tur Catholicae, recte rationi, et Sacrae Scripturae, sed et cultui Ecclesiastico fuisse.

Post hoc, Sixtus IV. clarissime videns sub hoc sensu festum introductum, emissa
 decretali. Cum praecelsa (qua habetur in 6. tit. de relig. et vener. sanct.) instituit reci-
 v. g. tandum peculiare officium et missam pro eodem festo, in quibus apertissime hoc ipsum ma-
 nifestatur. Nam ita expresse in oratione, Inuitatorio, responsorio, Antiphonis, officij et
 nouum missa collectis, preservatio Virginis a peccato inculcatur, ut nulla circa haec remanere
 ni queat Dubitatio. In primis Vesperis haec sunt prima Antiphona. Sicut liliam inter spi-
 r. i. nas, sic amica mea inter filias adae, nota pulchra es Maria, et macula Originalis non
 h. fati. est in te. Quae verba, in fine octavae lectionis eiusdem officij, tunc a Pontifice propositi
 a, et repetebantur, et in Oratione qua per omnes horas et in missa cantatur, expresse dici-
 ionem tur, eandem ab omni labe preservatam fuisse ex mox filij sui praecelsa. Quasi enim
 estum Sanctissimus Pontifex, Ecclesiae, expresse voluerit Declarare intentionem, illam origi-
 nalem maculam quam 2. Antiphona eam negauit contraxisse, et omnem aliam
 n. i. labem procul ab eadem Sma. Virgine remouendo, dicit. Dominum eam ab omni labe
 reu. i. preservauit, Originali scilicet et actuali, quorum utrumq; simul ab ea etiam expresse
 fincti. ablegauit in quinta Antiphona secundarum Vesperarum dicens. Haec est Virgo in qua
 one nec nodus Originalis nec conser. actualis vitae fuit. et ut alia pleriq; eiusdem officij
 i. b. r. hoc idem instantia omittamus, ipsa verba Inuitatoria seu inuitantia ad festi iubilum
 at eis ad quod inuitant, declarant. Immaculatam, inquit, Conceptionem Virginis Mariae
 quam celebremus. Quibus verbis, non conuocantur fideles ad celebrandam Conceptionem mora-
 i. t. ter immaculatam sive in primo sive in secundo instanti, sed in omnibus et singulis mo-
 mentis sanctam, quippe quae non fuerit sanctificatio a contracto, sed preservatio a con-
 i. t. trahendo peccato. Unde et ad Christum Mariae filium, qui eam ita preservauit, adorand-
 om. dum et collaudandum fideles inuitantur. (Primum inquit, altera Inuitatorij pars)

Ita etiam intellegitur
Cone. Basiliense.

h.
Concil. Basil. Sess. 3. 6.

Nec non Sixtus IV. quod
aperte expresse in
officio a se instituo.



111
 eius preservatorem adoremus Dominum. Preservatorem à contrahendo, non liberatorem à contracto, Christum qui Virginem preservavit à macula non qui Sanctificavit infectam adorandum hæc volunt hæc verba. Et in missa propria ei eiusdem festi quo incipit. Egredimini. (Qua statim ab ipsa eiusdem institutione vig ad vi tempora, plus quam per an nos centum Romana Ecclesia in suis officijs usa est, ut p illorum temporum missalibus constat, dum in ijs hæc sola missa in festo Conceptionis toti Ecclesie ab ipsa Romana de celebranda proponitur.) Item in prima quam in secreta oratione, B. Virgo ab omni peccati preservata et immunis dicitur, et ipsa eiusdem Conceptio immaculata vocatur, quic bus et alijs eiusmodi creberrimis verbis quibus totum ferme reserptum est officium, eidentissimi patet, festum Preservationis ab originali peccato celebrari.

Venetis apud Victorium anno 1594. et apud Hieronymum festum 1543.

aliqua obviunt adversarij.

Fuerunt tamen qui huic officio se vellent opponere, et non sine magna festi et Pontificij iniuria violenter interpretari, atq; in contrarium explicare ea qua nullam admittent explicationem: Insuper ex suis fallacibus et temerarijs commentis inferebant id ipsum, quod aliqui etiam hoc tempore nullo fundamento voluerunt inculcare, videlicet, non preservationem Virginis à peccato, sed Sanctificationem à labe contracta, non Conceptionem naturalem in Sanctitate factam sed spirituales qua à peccato contracta sanctificata est, celebrari, et qui aliter faceret vel faciendum docebat seu prædicabat, hæreticum esse, et mortaliter peccare.

Constitutum ac condemnatum Pontifex.

His temerarijs ausibus obviare volens, idem Pontifex, alias Pontificij litteras dedit, iniquas Graue nimis (que habentur etiam in corpore juris in b. tit. de relig. et Vener. Sanct.) in quibus propositiones illas adversariorum, falsas et erroneas ac à veritate penitus alienas esse decernit, non aliam assignans rationem, quam, quod Romana Ecclesia de Intemerato semper Virginis Mariæ Conceptione festum solemniter celebrat et speciale ac proprium super hoc officium ordinaverit. Reprehendit ergo eos, ac condemnat eorum assertiones, quia condemnabant pro hæresi quod Ecclesia celebrabat, et eos qui illud quod Ecclesia suo cultu præstebatur, celebrant, hæreticos dicebant, ex eo quod hæreticum putabant dicere Virginem fuisse sine peccato conceptam. Unde consequenter et immediate inferre necesse erat, Ecclesiam in suo cultu hæresim amplectatam fuisse, eamq; fidelibus in suis festiuitatibus propinque deservire propositiones, quibus expresse condemnant defendentes immunitatem Virginis à peccato originali, ac eandem celebrantes, et his opponit Ecclesia festiuitatem, propter quam iudicavit summus Pontifex, abstinendum ab eiusmodi assertionibus, et illis sufficere debuisse videre Ecclesiasticum de Conceptione Immaculata cultum, ad hoc ut abominent et vereantur simile quid profere.

* Ita hanc extraneam intelligunt Regio de prebent lib. 4. de preseru. Virg. q. 6. art. inf. 4. Vasiq. tom. 2. in 3. p. 27. deip. 177. c. 5. n. 166. Suarez tom. 2. in 8. p. 27. q. 1. Camis lib. 1. de B. Virg. c. 7. Ludouice de Concept. in respons. ad obic. i. et r. cont. Virg. Concept. p. 6. supra Latina in Apolog. pro Concept. c. 13. et fente des qui post. Sicutum de hac controversia scripserunt Vide Cordubam in questimario q. 44. Sicut citatum S. secundum fundamentis Morales de Christo et Virg. lib. 3. tract. i. n. 40. Bellam. lib. 3. de cult. Sanct. c. 16. Vincent. Justin. tract. de Concept. c. 3. Regio cit. q. 3. et passim Theologi.

Aliter namq; si in hoc sensu non celebraretur, ex Conceptionis festo et Ecclesiastico cultu subtiliter et ineffaciter argumentaretur sapientissimus et doctissima spectatissimus Pastor, dum facile respondere potuissent adversarij, se nihil contra Ecclesie cultum dixisse, quippe quo non preservationem Virginis à culpa, sed Sanctificationem ab eadem celebrat, seq; proinde nihil, quod eidem derogaret affirmasse. At, omnem eiusmodi euadendi viam præcludit Pontifex, dum ex Ecclesie ritu, et ex eo quod festum

Conceptionis instituerit, propositiones illas adeo reuere reiecit, ut non solum falsas sed erroneas nuncupauerit. Nihil autem apud Theologos erroneum dicitur quod aliquo modo saltem indirecte aut mediate alicui non opponatur fidei principio. Illud vero apud vere Catholicos notissimum est, et indubitanter receptum, Deum semper sua Ecclesia assistere, nec eam aliquando permisisse aut in eternum permisuram in suis definitionibus, aut in communi et vniuersali suo cultu haeresim amplecti, vel in doctrina Catholica errorem. Propositiones illae huic non immediatè opponuntur, non enim expresse et data opera eam negant veritatem, sed aliud affirmant, ex quo consequenter et mediate veritas illa erat neganda. Affirmat namq[ue] Pontifex Ecclesiam Romanam ordinasse festum Conceptionis, idemq[ue] celebrasse, teg[is] de eadem officium (in quo expresse sensus festi habetur) instituisse; Aunt harum propositionum assertores, officium in sensu hoc dicere, aut festum in sensu preservationis à peccato celebrare, haeresim, esse et crimen mortale. Hoc erroneum esse definiit Pontifex, quia statim per immediatam consequentiam sequebatur, Ecclesiam in communi cultu suo haeresim colere, et hinc inferre necesse erat, Deum secundum datam fidem et promissum Ecclesiae factum non semper et infallibiliter eidem assistere; Quae omnia non aliter inferebantur, quam ex primo illo et unico assumpto, quod ad sua illationis fundamentum proposuit Pontifex, videlicet, quod Ecclesia Romana de Conceptione Immaculata festum celebrauerit, et proprium de eadem Conceptione officium ordinauerit, quod officium Immaculate Conceptionis celebrare aut recitare haeresim vel peccatum mortale dicebant aduersarij. Ex quo liquidissime constat, quod Ecclesia in hoc festo celebrauerit Virginis preservationem à peccato Originali.



Uterius et non obscure: cum dixerit in eadem Extrauag. Pontifex, speciale ac proprium se ordinasse ac instituisse, recitandum de Virginis Conceptione officium, illud videlicet Leonardi de Nogarolis, tot propositis indulgentijs quot in festo corporis Christi, commendatum, ut à populo Christiano libentius frequentaretur, in quo passim (ut aduertit) manifestissime huic Ecclesiae sensus propalatur, statim hoc idem ostendit esse officium, quod ab aduersarijs impugnatur, dum refert, eos dixisse mortaliter peccare, vel esse haeticos, celebrantes officium non Sanctificationis seu Conceptionis utcumq[ue], sed Immaculate, inquit, Conceptionis, quam propositionem reassumens infirmiter, condemnat eos qui tali censura damnant recitantes cuiusmodi officium Conceptionis videlicet Immaculate, Conceptionis Sanctae, et à peccatis preseruata, quod (ut ipse dixit in principio eiusdem bulle) speciale ac proprium Ecclesia de hoc festo ordinauit. Euidenter ergo iam patet, quid instituerit Ecclesia celebrandum, et quis sit Ecclesiae sensus in hoc festo celebrando, tam ex institutionibus primarijs, quam ex verbis cuius Pontificis vniuersalis festi promotus, ac proprii eius officij institutoris, nec non ex mente omnium ferme suorum successorum, eas illius Extrauagantes confirmantur.

Idem festi sensus manifeste probatur ex Extrauag. Graue nimis.

Probat non parum argumentum hoc, illa Concilij Tridentini declaratio, quae post longam et acram disputationem circa preservationem Virginis à peccato Originali, cauti-

Colligitur etiam ex Concilio Tridentino declaratione Conc. Sess. 5. in fine.

151
145

simè doceri et sciri voluit, se noluisse comprehendere Virginem Mariam sub illo Vniuersali
salutissimo et inextinguibili decreto de peccato Originali, et vltimis Septimae Constitutionibus
sub penis in eis contentis obseruandas esse decreuit. Haec penae sunt verba Concilij
quam plures statuit canones circa contractionem et effectus peccati Originalis. Decla-
rat tamen haec ipsa Sancta Synodus, non esse sua intentionis comprehendere in hoc
decreto ubi de peccato Originali agitur, Beatam et Immaculatam Virginem Mariam
Dei Genitricem, sed obseruandas esse Constitutiones felici recordationis Septimi Papae II.
sub penis in eis contentis, quas innouat. At, si paulo accuratius haec verba expen-
dantur et diligentius obseruentur, quando vel qua occasione ea protulerit, ex
mente ipsius eiusdem Concilij videbitur, non aliud quam praeseruationem ab Ori-
ginali in primo instanti in festo Conceptionis Mariae celebrari. Cum etenim sta-
tueret pro praedi articulo ab omnibus credendo, nullum ex Adam per naturalem
propagationem descendere, qui in primo instanti sua animationis Originale
non contrahat, tunc meminit Beatae Virginis, illamq; sub graui illo iugo et miseria
protoplasti parentis non audeat comprehendere, sed obseruare in hac re iubet
Septimae Constitutiones, in quarum vna festum Conceptionis iam in Ecclesia antiqua
consuetudine receptum promouit, et officium in quo sensus festi exprimitur in-
stituit, in altera grauiter inuenitur in eos qui festum hoc vel officium condem-
nant. Unde cum illo eodem tempore quo de necessaria contractione Originali
in primo instanti Conceptionis agit, circa controuersiam de Virginitate Mariae Con-
ceptione reuocandum dicat ad Septimae Constitutiones, eas voluit proprie in termi-
nis difficultatis quas dirimebat intelligendas, et per eas declarari quid circa
eamdem Virginitate Conceptionem erat censendum, quasi dicat, querendo omnes ho-
mines in ipsa sui animatione et vera Conceptione peccato infici deerno, nolo
Mariam sub hac vniuersali regula comprehendere, Reuocandum erit ad Septimae
Constitutiones, quae, quid in Mariae Conceptione vel anima infusione, de qua
modo tractatur, acciderit, non obscure docebunt, dum ad Immaculatam Concep-
tionis festum et officium omnes inuitant. Aliis enim in ingratia esset declaratio ge-
neralis regulae, si quaestio de Virginitate in illis Episcoporum diuersi temporis casum conti-
neret ab eo, quem Vniuersalis contrinebat regula, vel de sanctificatione post peccatum
contractum, et non de praeseruatione ante lapsum Concilium loqueretur, maxime
dum accepta occasione ex illo Vniuersalissimo decreto, Episcoporum innotat, eosq;
obseruari praecipit sub penis in eis contentis, quod nihil aliud est, quam idem
ipsum quod Septimus in hac re statuerat, denuo praecipere. At, quid Septimus ordina-
uerit et decreuerit, iam satis superius vidimus ex verbis eius supra citatis, in quibus
proprimum et speciale sub manifesto sensu (ut supra ostendi) officium toti proposuit et
ordinauit Ecclesiae recitandum in festo Conceptionis Mariae, et sub grauissimis
penis prohibuit huic festo vel officio contradicere, vel opinionem eorum qui eam
ab vniuersali decreto excipiunt, condemnare, satis certe expressum (si recte
perpendatur) pro expresso isto sensu Concilium protulit iudicium: Unde dicit

Supra N. 4. et 5

m.

Supra N. 4.

Layua lib. 5. defens. Chid. p. 3. §. ut vero.

Illustris et doctus vir Didacus de Layua, missus a Rege Lusitania ad ipsum Conci-
lium, quod Catholicis viris, Sixti Pontificis, Tridentinis Concilio, satis profecto esset aucto-
ritas, ut Virginem Deiparam generalibus illis Pauli Sanctorumque Patrum sententijs
nequaquam contineri, sibi persuaderent.

Uigetur argumentum hoc ex eo, quod illo tempore quo Concilium Tridentinum
dictam adhibuit declarationem uniuersali decreto, (at solita et sancta Ecclesia Romana
celebrabat festum Conceptionis naturalis, gratia diuina ab Originali labe proseruata,
nam eodem officio et missa utebatur in festo Immaculatae Conceptionis, quibus nunc cum
alijs virtutibus religio Sancti Francisci, et quae a Sixto IV. approbata in libris ritualibus Ro-
manis illius temporis excusa, ab omnibus reuocabantur, ut videre est in varijs editio-
nibus, quae tunc prodierunt, praecipue in missali Romano edito Venetijs an. 1539. et
1534. et 1543. in quibus Missa illa quae incipit egredimini, in festo Conceptionis
habetur, in illius autem Missa orationibus clare, alijsq; eiusdem partibus mystice
ostenditur Virginem fuisse a peccato proseruatam, (ut saepius aduertit) idq; solum Ec-
clesiam Catholicam festiuis laudibus celebrare. Cum ergo Concilij Patres eadem
eae ipsa Missa uti sunt in festiuitate Conceptionis, et Epistola Sixti. in qua missam
illam et officium proposuit reuocanda immouauerint, manifestum est, voluisse eos,
et intellexisse festum in hoc sensu celebrari, dum ille tam expresse pateat, et in
officio quo tunc utebatur manifeste declaratur, et secundum Sixti Constitutio-
nis tenorem sequentandum volebant. Unde et sunt viri doctissimi qui dicant
et insistent, ex vi declarationis et intentionis Concilij, restituendum et ceptendum
esse uniuersaliter in Ecclesia illud Rogaroli officium a Sixto institutum, approba-
tum et fidelibus tantopere commendatum, atq; absq; ulla permissione contraria sen-
tentia celebrandum esse hoc festum, eo modo quo celebrantur festiuitates Nati-
uitatis et Assumptionis. Satis ergo calce errare ac ueluti amplissimum solis iubar
palmo occultare uelle iudicari eos, qui cum tot argumentis adeo manifestam,
negare, eamq; in controuersiam adducere suis uolentis intentant explanationibus.

Uterius probatur mens
Concilij

Supra n. 4. et alibi.



Ad hoc addi potest officium quo in hoc festo et per Octauam utebatur ex prima
sua fundatione religiosus ordo Monialium Immaculatae Conceptionis Mariae, in
quo, sicut et in professione ac habitu, sanctam et Immaculatam a primis instanti
patentur fuisse Mariae Conceptionem. Nam praeterquam quod in Antigonis,
Oratione, Inuitatio, et alijs plerisque conueniat, uel idem sit cum supra citato
Rogaroli officio, tamen habet hoc peculiare, quod plura referat loca ex Sanctis
Patribus Virginitatis Immunitatem a peccato Originali testantia, et in aliquibus
Orationibus, praecipue illa quae pro feria 4. assignatur, expresse festi sensus ha-
betur sub eis: Ut qui matris tuae puritatem in sua Conceptione recamus. Et in hym-
no feria 2.^a dicitur legem generalis propagationis Virginem non fecisse, et insertum ibi-
dem quasi argumento de minori ad maiorem deuentiam et equitatem (quo com-
muniter in hac re utuntur Doctores) quod si Angeli fuerunt creati in gratia et absq;
peccato, multo magis gratiam hanc et priuilegium Virgini Dei matri concessum creden-

Dem festi sensus probatur
ex officio Sanctimonialis
um Conceptionis.

251
155

dum esse; Illud quoque ceteris habet singulare officium hoc, quod decretum illud qualecunque, quantumvis ex se inefficax Concilij Basiliensis, de credenda Virginitatis preservatione ab originali peccato in sua conceptione, et de celebrando sub illo sensu hoc festo, distributum sit, per primas septem lectiones feria 2^a sicque frequentabatur et recitabatur in toto ordine predicto. Quod decretum, licet ex illius Concilij auctoritate qua nulla erat, nullam sortitur, tamen tunc multis aliquam et magnam adpressi videtur, ut bene adnotavit Sinesius, quod totum hoc officium ita ordinatum, prædictumque habens insertum decretum, confirmavit, et confirmatum concesserunt recitandum illis sanctimonialibus, quinque Summi Pontifices, quod ex primis earundem sanctimonialium Breviarij verbis præsignatur, et advertitur: hoc enim eius principium. Incipit Breviarium secundum ordinem Sanctæ et Immaculatæ Conceptionis B^e Virginitatis Mariae, indultum, concessum, ac confirmatum, à Sacrosancta Romana Ecclesia, per Beatissimos Pontifices atque Dominos, Sixtum IV. atque Innocentium VI. præfatum ordinem et religionem instituentes; et Alexandrum VI. et Julium 2^m dictum ordinem et officium approbantes, atque multiplicibus gratiis privilegijs atque indultis et indulgentijs eum corroborantes, decorantes, et faventes, quæ indulta et gratias, etiam Dominus Leo Papa X. semper multipliciter amplificavit, et alij de novo concessit. Huius ergo officij expressum et manifestum sensum, non erit qui poterit vel leuiter negare. At, si totus ille ordo ex concessione tantorum Pontificum celebravit Conceptionis festum sub expresso et manifesto sensu Immaculatæ in primo instanti, nequaquam credi potest aut asseri, in reliqua Ecclesia sub alio contrario vel indeterminato sensu celebrari eandem festivitatem.

2.
Caus. lib. i. de B. Virg. c. 7.

Aug. lib. 2. con. Crescen.
c. 4. et lib. 4. c. 11.

Nec enim Sancta mater Ecclesia variis et contrariis dividitur Spiritu, nihil etiam est in Christiana observatione diversum, nec contrarias aliquando vel admittit vel permittit Ecclesia celebritates.

Adversarij aiunt officium Conceptionis à Pio V. prohibitum sed aperte refellitur hac obiectio.

Obiiciunt vero Patres Dominicani, contra prædicta de officio approbato et proposito à Sixto IV. illud abolitum esse et prohibitum à Pio V. sed qua veritate aut fundamento stabili hoc dicant, plane refutatur. Nam aliud est novum Breviarium (quod fecit Pius) ad antiquorum normam, vel antiqua ad novam formam reducere, et ad consensionem in officijs vitandam et laudabilem in cultu Ecclesiastico uniformitatem introducendam, varietatem rituum vel officiorum e medio tollere, vel prohibere, ne quis alijs utatur brevibus. Aliud vero officia antiqua approbata ab Ecclesia, et in illa recepta, et publicè frequentata, eorumque sensum damnare aut reprobare. Et tantum abest quod Pius V. cuiusmodi officia vel eorum sensum reprobare voluerit, ut potius expressè ea approbaverit et decantanda concesserit.

Ex rubricis Breviarij.

Sicque etenim mens et animus satis constat ex prima rubrica ab eo recepti Breviarij, in qua fieri officium duplex et solenne iubetur, tam de illis sanctis et festis, quæ in Breviarij calendario sub eisdem notulis habentur, et in eodem Breviario peculiare habent officium, quam de his quæ apud quasdam Ecclesias, Religionis vel Congregationis consueverunt solemniter celebrari, cum officijs proprijs à Sede apostolica approbatis, aut ex eiusdem Sedis auctoritate receptis vel recipiendis.

dis, seruata tamen forma huius Breuiarij. Unde cum hoc officium ex prima sui in-
stitutione fuerit à Romana Sede approbatum, Indulgentijs etiam superadditis
per tota Europa in Vniuersali Ecclesia celebratum, et sollempniter recitatum, in multis
etiam Ecclesijs et Religionibus additis sollempnitatis diebus octauis, nullatenus dici po-
test, aliquando à Pio damnatum aut reprobatum, sed solum ad communionem Vni-
uersali Ecclesia usum omnium et antiquum Breuiariorum modum recitandi re-
lictam fuisse, retento tamen eodem festi Conceptionis nomine et sensu pro vniuer-
sali Ecclesia.

Idem insuper constat ex specialis vniuersalis vocis oraculo quo idem Pius V. fratibus Mino-
ribus et eiusdem instituti Monialibus concessit huius officij recitandi potestatem, ad annum
1569. die 25. Maij. ut testatur Vincentius Justinianus Dominicanus, et expressè habetur
in principio Calendarij festorum eorundem Minorum, ubi habentur hæc verba: Ex conces-
sione S. N. Pij V. Pont. Max. et ex prima reuerentia seu primo notabili pro dicti
festi ritè celebrandis appposito, cuius hæc est admonitio. Cum etiam Summus Pontifex
Pius V. nobis concesserit, ut hæc officia celebremus sicuti antea celebrabamus, seruata
forma tamen officij noui. Primum autem inter illa officia Minorum propria est hoc
Conceptionis de quo loquimur.

Ex conceptione facta
fratribus Minoribus

r.

Justinian. in addit. ad
vitam Beltram. §. 3.

Et confirmatur, quia paulo post editionem noui Missalis et Breuiarij, idem Pius
in sua bulla Super Speculam, approbavit illa que Sixtus 4. Statuerat circa Imma-
ulatam Virginis Conceptionem, maxime que à Concilio Tridentino fuerunt confirmata,
ut patet ex dicta Bulla, cuius verba sunt hæc: Nos igitur qui prædecessorum nostrorum
saluberrima decreta, pro vniuersis salua esse cupimus, potissimum illa que à sacrosancta
Tridentina Synodo denuo sunt confirmata. Et statim quod statutum fuerat in hac re
à Sixto IV. et quod à prefata Synodo innouatum est Apostolica auctoritate confir-
mavit et approbavit. Cum ergo decreta à Sixto IV. comprehendant Missam et officium
Immaculate Conceptionis (ut supra probatum est) sequitur, à Pio V. fuisse confirmata, tan-
tum abest, ut possint dici ab illo fuisse reprobatum.

Et ex decreto ipsius
Pij Vi.



S.

num. 4. et 5.

Non ergo ritè quis argumentari aut probare putabitur, Eum non esse apertum
Ecclesie sensum ex eo quod Vniuersaliter in eadem non recitetur modo hoc officium, in
quo tam expressè quid in hoc festo intenderit, explicauerit. Nam licet in nulla
Congregatione, Religione, aut Diocesi modo recitaretur (sicuti verè recitatur in
integris Religionibus) sufficeret aliquando recitatum et frequentatum fuisse vni-
uersaliter in tota Ecclesia per centum circiter annos, imò per unum sufficiens, seu
annum, seu mensem, siue diem, ex auctoritate, propositione, vel institutione,
ipsius Ecclesie, ad hoc ut doctrina quam semel à deo manifestè professa est,
per suum cultum vniuersalem ex Summi Pontificis auctoritate, nunquam
postea reuocari possit, in dubium. Nec enim min qui male de rebus fidei sen-
sent, dicere poterit, hodie Ecclesiam proposuisse omnibus fidelibus doctrinam ali-
quam expressè, et illam pro certa veneratam esse, ac postmodum illam voluisse occultare,
subijs inuoluere, aut tanquam incertam in discrimen reuocare, sicut nec ex eo quod

Concluditur officij de
cui ex officio argumentum

ex ipso eodem Breuiario aboleuerit vel abstulerit predictus Lix Presentationis Virginis et Beate Anna officia, sequitur quod B. Virgo non fuerit in templo presentata, nec eius mater Sancta, nec ipsa officia omnino reprobata, sed voluit solum admittere ea festa et officia, que in antiquioribus habebantur Breuiarijs. Non fertur hac leuitate nec semper esse Sancta mater Ecclesia, in concussum habet sue veritatis et stabilitatis fundamentum, assistente gubernatur Spiritu Sancto, qui nequaquam in errorem aut mendacium eam ferri permittet, ut modo vnum modo dicat alterum, et tanquam prolati mendacij peniteat, retractare, aut mutare velit sententiam, officium vero, ritum, aut aliquales Ceremonias, quando rei nequitas aut temporum ratio expostulauerit poterit mutare, semper tamen sub primo permanentis cultus sensu, aut fidei veritate.

Quare mutauit officium
Lix V.
t.
supra nom. 2.

Mutauit ergo officium non inconsulte Lix V. tum propter allatas rationes, tum prudenti sume (ut mihi persuadeo) ut renouaret primam festi institutionem nobis magis notam (ut superius dixi) habitam ex reuelationibus illis in Anglia factis, in quibus et modus eiusdem celebrandi proponitur, et officium sub quo celebrandum erat prescribitur, ac festum hoc sub Natiuitatis officio celebrari, si sicut modo fit, omnino precipitur, tum demum, ut tolleretur varietas officiorum in diuersis Ecclesijs. Ut ergo officium illud quod in Anglicana illa reuelata huius festi institutione ordinatum est frequentaretur ab omnibus, hoc solum voluit Lix, praesertim cum in plurimis antiquis Breuiarijs, sub hoc ipso officio recitari, et festa omnia B. Virginis (tribus exceptis, scilicet Purificationis, Annunciationis, et Assumptionis) sub officio Natiuitatis olim recitabantur.

Multi ex Patribus Dominicanis sub hoc sensu festum admittunt imo et totus Ordo Predicatorum anno 1524 hoc declarauit.

u.
Manual. Predicat. c. ult. Chron.
x.
2. 2. 9. 10. a. 12. corp.

Conceptum etiam esse commune in hoc sensu Conceptionis festum celebrari, adeo planum est, ut probatione non egeat, attamen ex ipsis Patribus Dominicanis, et ex schola communi aliquos testes adhibeo; Primus veluti generalior et communior sit, liber inscriptus, Manuale Fratrum Predicatorum, dum a seculo in anno 1524 totam fere Ecclesiam asserere, quod Virgo fuerit preseruata, et Ecclesie auctoritati secundum B. Romani potius standum esse quam Hieronymi dicto, et cuiuscumque licet Esimij Doctoris; quam Ecclesie auctoritatem, ex eius cultu desumpsit, et per quem eisdem Predicatorum voluit a sua sententia remouere. Quapropter, totus hic ordo, in plerisque suis antiquis breuiarijs, Missalibus, et Martyrologijs, nomen Conceptionis usurparunt. 2. si Joannes Viguierus, vir sane eruditus, qui postquam ex auctoritatibus quibusdam sacre Scripturae hoc probauit Virginis privilegium, addit, idem haberi maxime ex auctoritate Ecclesie, que non potest errare: Vbi tanquam certum refertat Virginem a peccato Originali fuisse immunem, quia Ecclesia que in suo cultu omnino non potest errare, ita celebrat B. Ambrosius Catharinus Compta Archiepiscopus, qui data opera, largissime et doctissime probat, non Sanctificationem vel instantia hoc moralia Sanctitatis, sed Conceptionem Sanctam et primam instanti anninationis Virginis in Sanctitate factam celebrari determinatim, et certo, quod in Cap. 3. Controversia exoptat

y.
Viguer. de pecc. orig. c. 8. §. 5. vers. 2.

z.
Catharin. tract. de Concept. ad Patres Conc. Sid. p. 2. c. ult.

inter cives Senenses et Prædicatorum ad finem ulterius probat, et celebrationem hanc esse de Conceptione Immaculata sicut de vera et determinata, ad necesse, nihil stultius imo periculosius esse, quam celebrare non solum de re dubia, sed etiam de re, quam quis existimet esse dubiam, et ita non adorari Deum in Spiritu et Veritate, sed in dubietate. 4. sit Vincentius Justinianus, qui ex professo probat ita intelligi hoc festum, et ex Ecclesia manifesto sensu in hac solemnitate adiecit, indubitanter Virginem fuisse absq[ue] Originali macula conceptam. Quintus sit Bartholomæus à Medina, olim apud Salmatienem Primarius Theologie professor, qui dum negativam sententiam iudicavit satis probabilem, voluit etiam respondere ad argumenta pro affirmativa à se adducta, ad quorum tertium defumptum ab auctoritate et multitudine Doctorum ait. ad 3. respond. quod omnes Doctores Sancti et Catolici plus adhaerent determinationi Ecclesie et approbationi eius, quam proprio sensui, cum ergo Ecclesia nunc approbet, consequens est, quod si nunc Sancti vivissent mutassent sententiam; In quibus verbis innuit, determinationem Ecclesie (non alibi expressius quam in cultu et officio divino) negativam sententiam et preservationem Virginis ab Originali expresse attestari. Alij sunt non pauci Prædicatorij Ord. qui et libris editis, et è suggestis et Cathedris, eis Doctoribus subscribant, et Sermones habent integros in suis operibus, in quibus hoc clare docuerunt.

aa.
Justinian. in addit. ad
viam Prebram. §. 3.

bb.
Medina in 3. p. 9. r. 7.
ar. r. ad fin. exponit
artic.

Ex scholaribus communi alios totidem nominabo viros, quos nec æmulationis ardor, nec victoriæ desiderium, sed veritatis non parvæ vis, in unam potius quam in alteram partem flexit, et qui inter Doctores Sanctitate conspicuis et literis præclaros infimum non habent locum. Primus sit Joannes Eckius, qui inter primos in Martinum Lutherum arma sumpsit, et ei publicè rediit, cuius Sanctimonie non tenuè aut obscurum viget inter Germanos et Belgas testimonium, qui ita in homelia 2. huius festi ait ad populum. Dilectissimi in Xpo fratres, hæc tam solemnifera te, per universam Ecclesiam catholicam cum omni gaudio summag[is] alacritate, et potius recolimus nostræ salutis, quando nobilissima anima Maria creata est, Sanctissimo corpusculo est infusa citra omnem Originalis peccati contagionem, quod nulli aliis hominum contigit, nisi Mariæ et Christo Domino. 2. Ludovicus Plossius cuius virtutis et vite religiose transactæ, non levi præbent indicium eius opera tanta pietate referta. hic inter cetera quæ de hoc festo et opinione scribit, habet hæc. Alij ex antiquioribus Latibus dubitare videbantur circa Preservationem V. Mariæ ab originali peccato, quum nondum festum eiusdem Conceptionis in Ecclesia Romana celebraretur, modo vero in orbe Christiano, Catholici sequenti ipsam Romanam Ecclesiam (quæ omnium Ecclesiarum caput et Magistra est) festum illud iam olim receptum, alacritatè devotione celebrant, recolentes eorum nostræ felicitatis, quando filius nobilissima anima Mariæ, a Deo creata, et ipsius Sanctissimi corpusculo citra Originalis culpe contagionem infusa fuit. quæ verba videntur ab Eckio citato sumptis. Joannes Pitremius epist. 33. scripta anno 1494. Nihil vsum, inquit, est à Sancta Romana Ecclesia nullatenus abominere purissima Conceptionis fidem, quam

Alj ex schola communi.

cc.
Eckius homel. 2. de Conceptione
sept. tom. 3. Sermon.



dd.
Plossius in dictis Sanctis.

ee.
Cuthem. ep. 33.

ff.
idem in miral. B. Mariae
de Virtute.

gg.
Sunt in addit. ad Chron.
Nauel. an. 1509.

hh.
Regid. de present. lib. 3. de
Concept. Virg. q. 6. a. 1. §. 2.

Pluribus argumentis suam
mentem explicavit Eclesia.

illa credit et veneratur, Et alibi. Ego quam Eans de Maria purissima Conceptione
assertionem eo possum securius admittere, quo me scio cum Sancta Ecclesia Roma-
na sentientem non posse ullatenus errare. Et infra, Mariam ab originali sorde
preservatam Sancta Romana sentit Ecclesia; quibus verbis, clare ostendit, quid
de Romano Ecclesiae cultu senserit. 4^o. sit Laurentius Sotus, qui sedulo et Chris-
tiano zelo hominibus persuadere conatur orthodoxis, ne pertinaces sint in impug-
nandis rebus, quas certum est nihil officere pietati, qualis est, inquit, opinio de
Immaculata Sanctissime Virginis Conceptione, quam videmus ab Ecclesia receptam.
Non aliunde vero magis receptam iudicat ab eadem, quam ex solemnitate qua
eamdem colit exceptionem. Similiter tunc festi sensum intelligunt graves
quique Doctores et Scriptores, Camisius, Cordula, Suarez, Valentinus, Salmeron, Vas-
quez, Franciscus Petigianus, Gondisalvus Sufero et alij, quorum loca videre
licet apud Aegidium de Presentatione, lib. 3. de Conceptione Virginis. q. 6. a. 1.
§. 1. Ita etiam omnes in uniuersum fere Doctores, ut molestior non appaream, in-
telligunt et volunt, et potissimum pro opinione Conceptionis Immaculate ex eo
deducunt argumentum, ut nullus fere sit ex eis, qui eandem tueantur opinionem
(quos fere omnes esse constat, praeter Patres Dominicanos, ex ipsis multis excep-
tis) qui vel leuiter de hoc dubitauerit.

Imo ita clare voluit pia mater Ecclesia hoc à suis filijs intelligi, ut omnem propella-
re voluerit dubij ansam, nihil praetercans in quo posset suam mentem declarare,
quin sollicitè eam omnibus exponeret, tam in multis officijs et varijs que eius
ceptabant festi in diuersis Ecclesijs et Religionibus, in quibus expressus est hic sen-
sus, quam in ipso officio et breuiario Romano, ita clare dicente in responsio-
rio octauo, ut clarius dici non possit. ait enim Ecclesia, Sentiant omnes tuam
uiuam, quicumq; celebrant tuam Sanctam Conceptionem. Quomodo ergo Sancta
Conceptio si maculata fuisset? quam in Institutione grauisimi Ordinis Monia-
cium Immaculate Conceptionis, et erectione multarum Confraternitatum, praes-
cipue egregie illius Regiae et Imperatoris Coletanae, speciali auctoritate Adria-
ni Septimi Pont. Max. sub Immaculate Conceptionis titulo, in cuius Constitutio-
nibus, non semel sed pluries hic sensus apertissime declaratur, quam in quotidia-
nis sermonibus eius festiuitatis, in quibus declaratur et publice predicatur
quid colat Ecclesia, quam demum in ipso nomine vel titulo festi sub Conceptionis
uocabulo, itaut nomen semper abstruere ac euitauerit Sanctificationis, non
quod egregium et honorificum non iudicaretur, et sit, quippe ipse Dominus et Salu-
tor noster non semel dicitur in sacra pagina Sanctificatus, sed quod sub hoc
nomine clarius et expressius voluerit significari Virginis Conceptionem
Sanctam et Immaculatam in primo instanti, quam sub nomine ambiguo San-
ctificationis praebere ansam dubitandi, an in primo, vel secundo instanti fuerit
Sanctificata. Quare iam tandem Gregorius XV. etiam Patribus Dominicanis
illud Sanctificationis nomen interdixit, iussit, ut in sacrosancta missa sacri-

ficus ac diuino officio celebrandis, tam publicè quam priuatim, non alio quam Conceptionis nomine ueri deberent. Et ultra hæc Paulus VI. iam ante retulit, ut de Sanctificationis seui maculata Conceptionis opinione amplius ageretur in publicis actibus quibuscumq; quod eius successores extendi uoluit etiam ad actus priuatos. Voluerunt ergo sub Conceptionis nomine quo solè uti volebant (prohibita Sanctificationis uoce) celebrari et teneri illud quod solum prædicari doceri, atq; in publicis et secretis actibus profert præceperunt. Fide non est credendum eos uoluisse illud in Altari sacerdotis uoce profert, quod nec in angulis permittent offari, sed potius illud uolebant in officijs diuinis celebrari, quod in Cathedris et pulpitis iubebant prædicari. Cupiebant profecto cum mris concordari Conciones, et idem recitari in officijs, quod solum proponebant, ex clusa iam contraria doctrina in alijs quibuscumq; publicis et secretis actibus doceri, Nihil aliud certè putandum est intendisse Sanctissimos Pontifices, qui et contrariam doctrinam in quibuscumq; actibus iubent taceri, et ex officio diuino ambiguum Sanctificationis nomen mandant expungi.

Plura potuissent (Pater Sancte) eius rei argumenta profert, sed uetat, imo et adducta superflua esse docet et taceri uoluit ipsius rei euidencia, Nam (ut cum Augustino dicam) nusquam sic non inuenio quid dicam, quam ubi res de qua dicitur manifestior est quam omne quod dicitur, ualeat aliquid apud eos ad scripta persuadendam, ipsa euidencia: que tanta est, ut omnes fere in hoc uno fecerit conuenire; Communis est orbis Christiani conceptus preservationem Marie à peccato celebrari. Ad eam celebrandam lati conflunt cuncti, id dicit è suggesto Prædicator, hoc docet è Cathedra Magister, hæc intentione celebrat in altari sacerdos, hæc fine accedit populus ad ecclesias, Ita demum hoc festum celebrari commune est omnium placitum, quod sibi in rebus maximè dubijs omnino sufficere, ut eas pro certis haberet, magnus sperat Augustinus. Neq; enim, inquit ille, ut uideamus quam aliquid sit uerum, scripturarum authoritas necessaria est; an non sensus ipse communis, ita uerum esse perspicua ratione proclamat, ut quisquis contradixerit demensissimus habeatur?

Variosa sunt hæc quam ut multa egeant probatione

ii.
Aug. i. de pecc. merit. c. 35.



ii.
Aug. ep. 7. ad Marcell. in fine.

Breuis ergo Epilogus omnium in hoc scripto contentorum hic est: quod ut omnino rescindantur germina dissensionum et controuersiarum, necessariam dicunt esse docti quicq; uiri huius questionis definitionem definitiuam toties ab hac Sancta Sede postulatum. Quam dum Sanctissimo Domino non licuerit propter aduersas rerum vicissitudines adhibere, illud unicum superest mali remedium, ut ablata licentia quouis modo de affirmatiua loquendi, declaretur sensus Ecclesie in celebrando festo inmaculate Conceptionis, quem non alium esse quam colere et uenerari Conceptionem naturalem seu unionem anime et Corporis Beatissime Virgini in gratia factam absq; ulla macula Originalis peccati in quocumq; instanti contracta aperte docent et demonstrant ipsa primaus eius festi institutio, eiusdem dilatatio, per uniuersam Ecclesiam, et commendatio propositis indulgentijs per Sixtum IV.

Breuis Epilogus

151
mm.

Extraog. Cum graexalho.
Extraog. Grauenimij, de
achij. et Vener. Sanit. in 6.

Pontificem facta, uti expressè habetur ex officio ab eodem Pontifice instituta, et dua-
bus Bullis, quas de hac re edidit, et habentur in Corpore Juris, et confirmate sunt
à Concilio Tridentino, cuius declaratio ad finem lesionis quinte, non obscurè
inclinat eam eandem esse mentem Ecclesie in hac celebratione. Præterea, ean-
dem agere confirmant, institutio ordinis sanctimonialium Conceptionis, et officium
earundem à multis Pontificibus approbatum. Sed et doctissimi viri ex ipsis Patri-
bus Dominicani hunc ipsum esse sensum Ecclesie in hoc festo celebrando admittunt,
quod et expressè docent alij Theologi pietate et literis notissimi, atq; ita publicè do-
cetur in Catechis, et predicatur in pulpitis, et ab universo hominum genere aperte
censetur, de quo propterea dubitare plane esset contra omnium mentem ire. &c.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



[Faint handwritten notes or signatures on the left margin.]

[Faint handwritten notes or signatures on the left margin.]

Sanctissimo Domino Reipublice
Vrbano Ocfano

129
252

Pro

Oratore Reipublice Catholice Eximio

824
572


Sanctissimo Domino Nostro.
Vrbano Octauo.

Pro.

Oratore Regis Catholici Extraordinario

Cuenta 318 folios útiles foliados
20 Em.º 1905


319 fol. + fol. 251 à 258 rep. + 317 bis + 27 huj. en bl.
faltan los fol. 278 y 279 (resto compl.)
15 - Mayo - 1912



Handwritten text in red ink, possibly a date or reference number, located at the top of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to include the year '1902'.

A faint purple circular stamp or seal, partially obscured by the torn edge of the paper. The text within the stamp is illegible.





CAJA -2
65